

18
DELICIARUM
EPISTOLICARVM
FESTIVALIUM

Exercitatio decima octava

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnasii

Hallensis

Respondente

JOHANNE-CHRISTOPHORO LICHTNERO
Nimizensi-Bojohemo


In

FESTO BARTHOLOMÆI

cl. Is. C. XLIV.

HALLIS SAXONUM

*Typis Heredum Melchioris Oel-
schlegelij.*





EPISTOLÆ


in

FESTO BARTHOLOMÆI

ANALYSIS.

2. Corinth. 4. v. 7. usq; ad 11.

THESIS I.



*S*piritus Sancti
est effatum: In omnem
terram exiit sonus e-
orum, & in fines orbis
terra verba eorum. Ps.
19. 5. Id quod & histo-
ria testatur Apostolica.
In quem enim locum non pervenerunt? dum
per omnes terras pervagati: ut qui etiam missi
in omnes terras, Matth: 28. v. ult. Sed ita per-
vagati, ut sonus quoq; fuerit auditus: quemad-
modum verba Psaltis interpretatur Apostolo
Rom. 10 v. 18. Qui sonus cum sit scriptus rectè
cav

CAV dicitur, uti & accipi videtur. Es. 28, v. 10. & interpretatur Irenæus lib: 3, cap. 9. dum inquit: Non per alios dispositiones salutis nostra cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos. Quod quidem tunc praconia verant, postea vero per DEI voluntatem in scripturis nobis tradiderunt: fundamentum, & columnam fidei nostra futuram.

2. Id, quemadmodum alii fecerunt, vel maxime etiam Bartholomæus: licet expertus, uti & ceteri, Diaboli nequitiam, mundi malitiam, mortis tandem etiam servitiam.

3. Ne vero moveamur in officio, ne dum terreamur talibus & sanctis, habetur in Epistola 2 Cor. 4. uti de afflictione, ita de consolatione piorum.

4. Et quidem distinctim argumenta consolationis proponuntur in genere, quod in ministris Ecclesiae sit virtutis DEI eminentia, v. 7. In quo de periculorum causis, quarum altera est hominum imbecillitas: quia se estimatur obiectum habent thesaurum per quem partim intelligitur IESUS CHRISTUS, qui predicatur, uti in v. 5. declaratur, & Esa. 33. v. 6 appellatur.

5. Partim Evangelium de JESU Christo
sto

sto & quidem primario: quia in initio capituli
dicitur, quod habeant administrationem.
Vocatur verò thesaurus (1) ob rerum mysteria
qua habet. Et uti thesaurus est in abscondito,
abscondita quemadmodum Augustinus lib. 1.
Evang. quæst. quæst. 13. testis explanat (2).
Ob rerum cælestium desideria: qua à nobis re-
quiruntur. Hinc thesaurus in agro abscon-
ditus à Gregorio, hom. 16. in Evang. voca-
tur desiderium cæleste (3) ob precia: nam quod
Eukathius apud Homerum loquitur:
Ἰσοκύρος ἐστὶ, Ἰσοόμενον εἰς αὐτοῦν. repo-
situm in crastinum: Sic doctrina Evange-
lii omnia precia rerum preciosissimam artem superat,
& in extremum usum solide consolationis re-
ponitur. Quidam intelligunt illuminationem,
uti Tertullianus alludens ad lumina, qua
portantur in vasculis, olim plerumque fidelibus
ex Matth. 5, 15.

6. Deinde instrumentum: quod habe-
amus in testaceis vasculis. Per qua elegan-
ti Metaphora intelliguntur fideles verbi cæ-
lestes ministri: non tantum propter corporum
fragilitatem, sed & propter totius natura cor-
ruptionem, propter quam multis obnoxii infir-
mitatibus: ut occurrat offendiculo, quod apud
plerosque offundebat tenebras splendori Evange-

gelici ministerii, ac si omnium esset calamitas
formam calamitosissimum: interim habent the-
sauros preciosiores omni auro. Quemadmo-
dum enim thesauri non aureis, & argenteis
vasis includuntur, sed fictilibus & vilibus,
secundum Pelusiotam lib. 2. Epist. 9.
& Ambros. in Commentario: ita DEUS
ministerium verbi sui raro committit po-
tentibus huius seculi, sed plerumque ignobiliori-
bus, ut virtus Christi in infirmitate perficia-
tur. 2. Cor. 12, 9. 1 Cor. 2, 3. Et ita monet, ne
superbiant ministri, cum facile frangi possint,
uti & innuit Abraham Gen. 18, 27. Iacobus
Gen. 32, 10. David. 2. Sam. 6, 22. Ne secu-
ri fiant, sed sint solliciti: secundum monitum
Domini Apoc. 2, 20. & cap. 3, 11. Et denique
ut sint grati dum indignissimos tantopere di-
gnatus, ut tam preciosos thesauros testa-
ceis vasis concrediderit. Col. 1, 12, 13. Et quod,
licet sint fragilia vasa, tamen, lampas in eis in-
clusa retineat splendorem.

7. Altera Dei voluntas: qua complecti-
tur eam causam finale: ut sit virtutis excel-
lencia: hoc est, ut immensam potentiam su-
am DEUS contra Diabolum, & omnes por-
tas inferorum ostendat: quamvis calamitates
immittat. Hieronym. lib. 3. Dial. contra Pe-
lag:

lag. c. 3. ne sit abundantia: sed rectius emi-
nentia: ut & Aug. cap. 143. lib. 15. de verbis
Apostoli. c. 12. habet: & Tertulian. ad-
versus Marci: lib. 5. c. 11.

8. Tum causam efficientem positivè:
quod illa virtus sit DEI, qui supponit ma-
num suam. 37, 24. Esa. 30, 30. Rom. 8, 22.
Unde Syrus dicit ex DEO: quin & alias vir-
tus DEI dicitur, Rom. 1, 9. 1. Cor. 2, 5. 2.
Tim. 1, 8. Theophyl. Chrystom, Et nega-
tivè: quod non ex nobis, ut qui longè essemus
infirmiores, tanquam vasa fœtilia. DEUS
ergo operatur omnia, & velle, & perficere.
Phil. 2, 13.

9. In Specie, quod adsit DEI præsentia.
v. 8. In quo oppositio periculorum, & even-
tuum per amplificationem Rhetoricam: par-
tim tribulationum affirmativè: quod in
omnibus premamur, & pressuram patiamur
uti, vocabulum Ἰλιψωσις in sacris usurpatur.
Matt. 13, 21. Iob. 16, 33. Hebr. 10, 33. in
omni, id est multifariam, uti & 1. Cor. 1, 5. us-
urpatur. Negativè, sed non coarctemur
& in angustias redigamur: quemadmodum
vocabulum Græcum innuit: ut nullam sit effu-
gium, uti Plat. in lib. 4. de LL. usurpat. siqui-
dem DEVS est ad salutes, & Domino DEO

sunt ex morte exitus: veluti loquitur *Psalmus*
Pf. 68, v. 2. Et novit e tentatione eripere. *1. Pet. 2, 9.* Cui monstrant exempla *Mosis Ex-
14, 13.* *Davidis. 1. Sam. 23, 26.* *Pauli. 2. Cor. 12, 22.* Doctrina enim Dei instar flammæ coarctari se non patitur, radios diffundit, & omnia illuminat: ut non tantum anxietas animi intelligatur, uti *Erasmus*, sed corporis: quippe conservantur inter tot pericula, conservantur usq; dum voluntati *DEI* visum. Partim facultatum affirmativè: quod destituamur & auxilio, dum inopiam patimur: uti *Græca* vox ἀπορούμενοι innuit, secundum *Ambrosium*, & sicut *Budæus* vertit, ex *Xenoph. lib. 6, ἐμνη.* *Cic. 2. ad Attic. ep. 36.* quasi dicat, adeo pauperes sumus ut necessaria desint: quemadmodum conqueritur *1. Cor. 4, 11.* & ita *Tertul. in Scorpiaco. c. 13.* indigemus reddidit: & consilio: uti ista vox ἀπορούμενοι usurpatur in sacris. *Luc: 21, 25.* *Ioh. 13, 22.* *Act. 35, 20.* & uti *Erasmus* translulit. Sic & *Theodoretus* & *Oecum. Basili.* in reg. resp. ad interrog. 270. uti & *Syrus* comprobat. Negativè: quod non destituamur utroq; ne planè desperemus: dum, *DEUS*, id enim innuit, semper vires eluctandi largitur. Certè ex malis eripit suos, & in
bon

bonum omnia ut illis cedant, facit. Ps. 91, 14.
Syrac. 2, 22. Sap. 3, 8. Esa, 41, 10. Notetur
tamen timentes Dominum hac concernere:
dum Paulus de se & sui similibus loquitur:
uti ex Actis patet c. 5, 12, 14.

10 Et quod sit liberationis excellentia
v. 9. in quo eandem collationem pergit, & cru-
cens, & Dei opem conjungit: partim in gene-
re quoad periculum persecutionis. De quo
affirmativè, persecutionem patimur: per
quam intelligit odia, convitia, calumnias, vi-
tae insidias: quas saepe numero, uti Paulus ex-
pertus est, quem admodum testatur in hac Epi-
stola. c. 11, 12. perferre cogimur: Ita etiam alii.
Negativè, non deserimur, secundum scilicet
promissionem Psal. 91, 15. Hebr. 13, v. 5.
In quibusdam habetur, & humiliamur, sed
non confundimur: verum non in fontibus,
non in Syro, non apud veteres, praeter Sedulium,
leguntur.

11. Partim in specie, quoad defectionem
affirmativè: quod saepe in luctu à fortiore
prosternamur: quia facile agilitate, & cal-
liditate mali superiores evadunt: uti etiam in
luctu exercitatissimi, veluti testatur Lacon
ille, annotante Camelario super hunc locum,
cui exprobabatur quod prostratus fuisset: ita &

A 5 Paulus

Paulus non negat se interdum cecidisse: nam ad carceres, & vincula damnatus fuit. Negativè, sed non perimus, secundum vaticinium Psalms Psal. 118. v. 13. quia bonitas causa semper triumphat, & Deus neminem tentat supra vires 1 Cor. 10. v. 13. Ergo non desperandum, sed DEO fidendum.

12. Coniunctim, tum quod debet vitæ nostræ, & Christi esse coherentia. v. 10. In quo tum modus respectus circumstantiarum, quod semper, seu ubiq;: ita cohaeret membrum hoc exactè cum antecedente. Quod enim divisim posuit, Apostolus calamitates enarrans, id coniunctim iam enunciat, & perpetuò fieri demonstrat: nunquam enim, & nusquam expers erat periculi.

13. Tum effectus, qui respicit tum objectum in genere, nempe mortificationem JESU Christi. Per quam intelligit cruciatus omnes, quos corpore, & anima, fama, & vita perpeffus est: hoc enim est mortificari in Scripturâ: uti usurpatur Rom. 8. v. 36. 1. Cor. 6. v. 9. Non autem de mortificatione spontaneâ: siquidem de ea nihil habet Paulus, sed de periculis, & erumnis, quas ubiq; locorum invenit: quocumq; tandem cum Evangelio suo se contulit: dum labores vocationis

tionis perrexit, 1. Thess. 4. v. 11. 1. Timoth. 4.
v. 10. Vocaturque mortificationem partim quia
face ad carnis, & peccati sublationem. 1. Pet.
4. v. 1. partim quia dolores mortis ipsum cir-
cundabant, in quibus meri, & interire videba-
tur.

14. In specie, quod JESU Christi sint:
quia ad exemplum Christi erant, cuius stigo-
mata portabat in corpore suo Galat. 6. v. 17.
partim, quia pro gloria Christi passiones istas
sustinebat: partim etiam, quia Christus in
membro suo non ignobili pariebatur. Respici-
turq; ita tum ad causam efficientem afflicti-
onis: quia non à Diabolo, sed à DEO impo-
nuntur Rom. 8. v. 29, & ad causam finalem:
Quia afflictio piorum est mortificatio JESU
sequitur, quod quemadmodum JESUS non
propter peccata sua crucem tulit; ita quoq; pi-
orum afflictiones propriè non sint peccatorum
pœna, sed castigationes patris reconciliati, 1.
Corinth. 15. v. 32.

15. Tum subjectum, quod in corpore
suo, uti in Syriaco additur, quamvis in Græco
non habeatur, circumtulit: ut qui spectacu-
lum factus erat mundo suis in passionibus: tan-
quam morti destinatus, aut peculiaris quedam
hostia, 1. Cor. 4. v. 9. & quia quocunq; se con-
sule-

vulnerat, ibi passionem paratam habebat: ita
ut eam quasi attulisse visus: quia causam
persecutionum, per accidens verò Evangelium
JESU CHRISTI afferebat.


16. Tum eventum: iterum quoad obe-
ctum in genere, ut & vita JESU manifeste-
tur: atq; ita vitam opponit mortificationi: &
intelligit partim vitam spirituales, seu resi-
stentiam peccati: nam dum mortificatur ca-
ro per arumnas, vivit Spiritus: partim ala-
critatem animi, partim quotidianam li-
berationem ex presentissima morte: cuius
respectu quasi reviviscere videbatur: In spe-
cie autem JESU vitam nominat: quò auto-
rem designet. Nam pii cum Christo vivunt,
& gaudent Job. 14. v. 19.

17. Et quoad subjectum, quod itidem in
corpore nostro fieri debeat: qua figura est in
resurrectione universali, Phil. 3. v. 20. 1. Cor.
15. v. 49, qua quanta sit gloria, cogitabit fide-
lis anima. Et propterea libenter sustinebit
omnia adversa: uti & monet Petrus. 1. Pet. 4.
v. 12. Col. 3. v. 4. 2. Timoth. 2. v. 12.

18. Et gloriæ Christi præstantia. v. 11.
In quo causa finalis persecutionum, & tri-
bulationum: quoad mortem, respectu sub-
jecti: quod semper nos, qui vivimus. Per
quos potissimum intelliguntur pii, & fideles,
non

variis calamitatibus, ut discas te non posse carere iisdem, interim tamen te liberatum iri.

Mortificationem Domini JESU) Considera, nos cum Christo pati, si propter ipsum patiamur: ut discas etiam te victurum cum eodem, si mortuus fueris cum illo.



Questiones Philologicae ex Evangelio.

I. Unde nomen Bartholomæi?

Sunt qui censent esse Chaldaeo-Hebraicum. Bar enim Chaldeis significat filium: & thalah. Hebraeis suspendet: majim verò aquas, ut idem sit quasi filius pendentis aquas: quia Bartholomæum infantem in profundum puteum cecidisse referunt: merâ au-

scens

tem DEI providentiâ aquas eas
excrevisse, ut marginem attin-
gentes incolumen Bartholomæum
projecerint. Alii filium Ptolomæi
dictum putant. Sed tamen longè
antiquius apud Hebræos Tholo-
mai nomen. Sic Tholomai babes
Num. 13, 22. Judic. 1, 10. 2. Reg. 13,
37. Nemo verò scripsit Barthole-
meus. ut non sit ἀ πόλεμ^ο, no-
minis Chaldaei, & Græci appella-
tione confusa. Illa autem appel-
latio videtur multis congrua, quia
constat commistis externis genti-
bus cum Judæis nomina quoque
Græca homines usurpasse.

II. An aliquis primatus conce-
dendus inter Ecclesiasticos?

SI facta consideremus, Solem ne-
garet lucere, qui negaret: si
ra-

rationem, Christus hic expresse
negat, quia (1.) non sunt Reges. 2.
quia ministrorum est ministrare,
& in servire, uti Christus ipse fe-
cit. Et quia denique, propterea fu-
tura eorum gloria major. Hinc
Bernhardus: Dominatio interdi-
citur, indicitur ministratio, quæ
& commendatur ipsius Legislato-
toris exemplo. lib. 2. de considera-
tione ad Eugeniũ. Et in iure Ca-
nonico. dist. 40. qui desiderave-
rit primatum in terris, inveniet
confusionem in cœlis. Tandem
Christi regnũ, & mundi sunt diffe-
rentia. Interum distinguendum
inter primatum ordinis qui fuit
ex Epb. 4, 11. Inspectionis ex eo-
dẽ loco, & Jurisdictionis, qui nul-
lus Meisn. 1, 4, de LL. s. 2. ar. 2. q. 5.

Ad

Ad Respondentem.

Lumen ut ille micat, splendet ceu Phosphorus orbis

Stelliferi, quisquis lucet ad astra viam:

Thesaurus habet atq; DEI, Gemelia coeli,

Vilibus in vasis, fictilibusq; licet.

Ut sic irradiet virtus divina, potestas

Enthea; non hominis sola sed illa DEI.

Mysta quidem premitur; memo tamen opprimat istum:

Mysta laboret! at haut viribus orbis obit.

Quis non persequitur? DEUS at non deserit ullum.

Quis non affligit? Non perire ipse tamen!

Nam DEUS infirmis divino numine vires

Prestat ut in mundo facta stupenda patent.

Et ceu mortis habet in corpore stigmata } ESU,

Vita sit & IESU quò manifesta simul.

Semper enim moritur, qui vivit propter } E-
SVM;

Huius ut in fragili corpore vita micet.

Paulus id ostendit: LICHTNERVS & explicat istud.

Pergat! & astrimicum nobile lumen erit.

Optat

GUEINZIUS.

B

Sic

Sic se mortalibus umbris
Tenebras mutata, parentis
Æthræ satis æmula tollit
Ecclesia, nec sua posthac
Miratur Aronia *Thumim* :
Neq; devenerata beatum
Radium flammantis Olympi,
Seclis discenda futuris
Oracula consulit *urim*.
Sed nunc, neq; talipedante
Passu super æthera tranans,
Vivum Sotera, coruscæ
Trahit in moderamina *lucis*,
Et voces haurit ab ore
Divo, Sophiamq; salutis.
Hic se se fulgure sistit
Aris, & pectore gestans
Æterni Lampada Veri,
Non, *justitia* reparato
Florentem *lumine* flammam,
Mortalibus invidet ægris :
Sed Apostolico sacra cyclo
In secula, Regia *Lucis*
Vomit, & sua jura Colonis
Impertit. Ad hæc tibi pandunt
Aditus LICHTNERE Labores.
Felix ! ne nitere contra.
Dum tanto *lucis* honore

Eccle-

Ecclesia vernat, & ultrò
Tibi sedat luce sequestra.

CASPAR ALEXANDRI.

Prasagas rosei sileat genus Atlanteum
Luciferi flammæ, insolitumq; jubar.
Victis Hesperia nebulis per Teutonis Orbes
Phœbus Theiosophus luce micante nitet;
Lux stellata Paphi hâc superat LICHTNE-

RIA sidus:

Phosphoriana novi Stella futura poli.

SEB. SCHUBARTUS
Ileburgô Mysus

SCAZON.

Si quando Phœbus exserit jubar letum
Motu suam Spheram retrogrado lustrans,
Manuq; bisseño vibrante lorican
Splendore siderum micantium textam,
Orbem reflexâ clarat amulum luce.
Sic lucis auctor, & perennis æterna,
Cycli sacri Titan, virumq; facundo
Ceu siderum stellatus ore bisseñum,
Nostrum trisulco pectus igne perflammat,
Vt explicet nobis faces DEI sacras.
Queis tactus & LICHTNERUS igneum Phœbi
Lumen. sua latere nescium lucis

B 2

In

In publicum derivat aureos crines,
A Sole quos Verbi DEI sacro traxit,
Et censui summittit eruditorum.

LICHTNERE mactis laudis hae tua luce!
Vterq; te clarore muniet Phœbus,
Ut audias lux cyclico-sacri caeli,
Qua Sol utramq; porrigit nitens Sphæram.

DAVIDIS LINDNERI

Ut lumen radiis illustrat Phœbus acutis,
Cornua si Phœbes lucida flamma ferit:
Sic hominum irradiat Scripturæ pectora
lumen,

Efficit & sacrum religionis opus.

Lucem Scripturæ LICHTNERUS lumine cla-
ram

Reddit, dum Pauli memata sacra secat,
Scilicet hoc cecinit Regis Jesséia chorda,
Verbum instar rutili luminis esse DEI,
Quod modò LICHTNERUS repetit sacro
duce textu;

Quippe sui voluit nominis esse memor.
Huic, LICHTNERE, pio spondet Scriptura
labori

Lucem, quam Famæ Theiosophia parat.

PASCHASIUS THOMASIUS
Parthenopyrgus S.

26

Ως ἐκ τῆς κοίτης ἰσὰς ῥοδοδάκτυλῳ
ἠώς

Φωτίζει δυοφερὴν γῆν πόλον ἠδὲ ὅλον
Ὡδ' εὐαγγελίᾳ λαμπρὸν Φῶς εἰνὶ μεσημέρι
ἀβρομιάει φέγγει ὄντας ἐνιχθονίας.

Τῆτο γραφαὶ ἀγία δέικουσιν λύχνοι ἔσσαι,
καὶ νῦν ΛΙΧΤΝΗΡΟΣ μὲ διασώζει εἶ.

Φίλατε ὡς ΛΙΧΤΝΗΡΕ πειραιέσει ἔμμενε
σφαιδρῶς:

καὶ σφετέρων λύχνος Φῶς καὶ ὁ Φοῖβος ἔσση.

Christianus jungenfelsius.

R. B.

Sunt equidem magni rerum magnaribus
usus,

Dum sacras populis conantur ponere leges;

At pauci, quibus est mens leges iusta tenendi,

Edificant Patriam. Quae contra maxima re-
gna.

Christi LICHTNERUS monstrat caelestia, con-
stant

Legibus aeternis, quas si servabit amico

Pectore, Fax caeli, LUMEN patriaeq, futurus,

In caelis caeleste decus, Splendoris habebit.

Ita vovendo vovet amico suo

Georg. Joachimus Raab

à Schlodiez Nob. Varise.

B 3

Εξά

Ἐξάστιχον.

Ῥήματα τῆς κρυερῆς οὐνῆς Φοβεροῖο καὶ
ἄλγους

ἔυφρονι καρτερικῶς ἴλητέον ἐστὶ φρενί.
λαίλαπα γὰρ μικρὴν ἀκολυθεῖ ἀμφὶ γαλήνη
ἥως ἴευστάλοκαμῶ πάντοτε χάρμα κύει.
Παῦλῶ ἔχει, αὐδιστ' ἐρέει ΛΙΧΤΝΗΡΟΣ
ἐκεῖνο.

ὡς κῦδῶ πατριδῶ θευλογίαςτε ἔση.

David Schvvertnerus,
Crazoviâ- Bohemus.

Duro lubrica saxa cum fragore
Collidunt, etiam silente noctu,
Producunt calidum statim sibi ignem.
Demum lux faciunt corusca flagret.
Dum semen silicis nihil putamus
LICHTNERUS properat palam referre
Tharsensi rutilam ex petra *Lucernam*.
Ecquid clarius, æstimatius ve
Nobis hac poterit parare *lucē*?
Sic me Phœbus amet, nurusq; Phœbi,
Nil. Sic propterea celeusma nostro
Dictum *Lucifero*, probus fiet! quod
Famæ fera fides eat probatum.

Optimis ausis libens lubensq; apponeb.

Janus Nicolai Dippol-
dissylvanus Mysus.

Ejusdem Huictain

Sol die erstickete Gluth rechtgebē Liechte Schein/
So muß sie nach / vnd nach / wol auffgefedele
werden.

Mit schwarzen Barbaren / damit nicht dberlein
Möcht endlich komien dz / was nchtig schelat der Erdē
Daß / was vns Paulus zeigt / in gleichen Liechte
sein /

Durch Kluger Stimmen Lust / entzündet von Gebredem
So selbst von Phobus Liecht erglühmet / so wird.
Drumb künfftig Lichner sol seyn trewer Lichtes
Hirt.

Aiclepiadeum.

Ἀγνῶν πόρρω ὀφείλει ἀγερωχία
εἶναι τῶ παρὰ φρον χριστῶ αἰεὶ ῥα ἰῶν
Γαίης δόξα μαλαίη κενεή τε, καὶ
ἐν ἔυκλειᾳ ὀλύμπῳ ἔτυμῳ τέλει.
Γάρ κείνη πρέπει ὀρθῶς δυνατοῖς, τὲ καὶ
ἀλλ' αὐτῇ Θεῶν ἢ χριστιανῶν πρέπει.
Χριστὸς τῶνεκα ἐξ ἡμετέρων φρενῶν
ἐκσειεὶ τὸ φρόνημ' εὐμενέων βαρῶν,
τοῖς ἀμᾶς ἀγίοις σὺν Θεῶ ἢ δ' ἐνὶ
πάτρῃ ἀκροπόλει αὐτοφύτῳ τῆ.
ΛΙΧΤΗΝΗΡΟΣ φανερῶς ταῦτά ῥα πάντα καὶ
φράζει, καὶ ἀναφαίνει καλά πολλὰ εὔ.

λαμ.

ἀνθρώπων, τῶν δριττῶν, καὶ ὀδοιπορῶν αἰῶν
ΛΙΧΤΗΡΟΣ ἴσως, τὰ πάντα τὰ γέζει εἰ.

Henricus-Andreas Mengerius

SCAZONTES.

Tollentis ex puris cavisq; inaurati
scite fenestris fornicis sacrum vultum
Gentis, corusci per Poli domum pictam
currens putatur Phoebus aureas fulvis
suis habenas applicans equis Summus,
Questorq; vite lucis Is cluet cuncta:
Cata periti quod Matheseos sciscunt:
Salutis at gaze bona, micans scævus
Est Phosphorus cordis fugans tenebrasq;
JEsus omnes. Nunc ut aurea Paulli
mōstrant scheda. Dulcis juveta LICHT-
NERI

Nostri quod illustrat. Docens. solo tandē
erit Patris fidus ex ortum splendensq;

ARN. MENGERINGIUS.

FINIS.

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Th. 4968

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



18

LICIARUM
 OLICARVM
 TIVALIUM
atio decima octava
 RÆSIDE
 NO GUEINZIO
 ore Gymnasii
 Hallensis
spondente,
 ISTOPHORO LICHTNERO
 ensi-Bojohemo
In
 ARTHOLOMÆI
Is. C.XLIV.

 IS SAXONUM
dum Melchioris Oel-
schlegelij.

